Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cuis · & colaphis eum ceciderunt · alii autem palmas in
faciem ei dederunt dicentes · Prophetiza nobis xpe · quis est q
te percussit · Hoc dicunt & marcus · commemorat etiam quod ei
faciem uelauerunt · Debis quoq; lucas testatur · hec intel
ligitur passus usq; ad mane · in domo principis sacerdotum
quo prius est ductus · ubi etiam petrus temptatus est · si & pet
temptationem que inter has dni contumelias facta est · non
eodem ordine omnis narrant · Nam ipsas primo commemorant
matheus & marcus · deinde petri temptationem · Lucas uero
explicat prius temptationem petri · tum demum has dni con
tumelias · Iohannes autem incipit petri temptationem dicere ·
& interponit quedam de contumelis dni · & adiungit qd
inde missus est ad caÿphan pontificem · & inde recapitulat
ut explicet quam ceperat temptationem petri in domo
quo primo adductus est · & redit ad ordinem · ubi ostendit
quemadmodum ductus sit dns ad caÿphan · Sic & marcus
sequitur · Petrus uero sedebat foris in atrio · & accessit ad
eum una ancilla dicens · Et tu cum ihu galÿleo eras · At
ille negauit coram omnibus dicens · Nescio quid dicis · Exeun
te autem illo ianuam · uidit eum alia ancilla · & ait his
qui erant ibi · Et hic erat cum ihu nazareno · Et iterum
negauit cum iuramento · Quia non nouit hominem · Et post pusil
lum accesserunt qui stabant · & dixerunt petro · Vere tu ex illis
es · nam & loquela tua manifestum te facit · Tunc cepit de
testari & iurare · quia non nouisset hominem · Et continuo
gallus cantauit · Hec dicit matheus · Intelligitur autem
quod postea quam exiit foras · cum iam semel negasset
gallus cantauit primum · quod marcus tacet · & marcus
dicit · Non autem foris ante ianua · iterum negauit ·

· Vprim